UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lauacrum conciencie omnibus sacerdotibus perutile

Jacobus <de Gruytrode>

[Leipzig], 1495

Quintum verbum

urn:nbn:de:hbz:466:1-30750

Visual Library

ꝓpter virum deuotum decet hic alius et ꝓfundiꝰ ſpeculari
De magnitudine ⁊ acerbitate crudeliſſime paſſiōis Iheſu
Chriſti ⁊ eius morte. Dic ergo in deuotione cordis tui. Dn̄e
Ieſu chriſte qui pro ſalute humana pendens in cruce voce
magna clamaſti. Hely hely lamaſabathani. Hoc ē deꝰ me
us deus meꝰ vt quid dereliquiſti me. Da mihi in omni tribu
latōe ⁊ anguſtia mea voce magna cordis mei ad te clama
re. Ne tu me paciaris velut a tua miſericordia derelictum
reprobari. Et hec de quarto verbo.

¶ Quintum verbum

Quintum verbum ſcribit beatus Iohan. dicens.
Sciens Ieſus quia omnia conſumata ſunt. Ut
etiam impleretur ſcriptura Pſal. lxviij. Ubi dicit
ꝓpheta. In ſiti mea potauerunt me aceto. dicens
quintū verbū. videlicꝫ Sitio. Corpus em̄ chriſti exiccatum ⁊
aduſtū erat ꝓpter qđ dicebat ꝓpheta. Aruit tanꝙ teſta vir
tus mea. qꝛ humor in chriſti corpe ꝑ ſudorem ſanguineum
quaſi totaliter exhauſtus fuit. Similiter in flagellatōne. in
coronatōne. manuūꝫ ⁊ pedum confixione. Sed Chriſto ſic
clamanti Sitio. Crucifixores dabant ei bibere vinum ace
toſūꝫ mirratum cum felle mixtum. Implētes ſpongiā pre-
dictis ad inuicem diſtēperatis. ¶ Contemplare hic diligen
ter. quis iſte potus fuerit quo creator a ſuis potatur creatu
ris. vere mortiferus et infernalis. Quis vnꝙ poſſet ſufficiē
ter excogitare crudelitatem illorum peſſimorū virorum. qui
talem potum miſerrimo homini in penis maximis cōſtitu
to potuerunt deputare. O iudeorum malicia ſuper omnem
maliciam. Et domini paciencia ſuper omnem pacientiam
¶ Eſt tamē firmiter credendum ꝙ dominus noſter Ie
ſus chriſtus pendens in cruce non dixerit. Sitio ad potan
dum potum corporalē. quia ſciebat ſe iam corporaliter mo
riturum. et etiam alias quaſi infirmitates ⁊ magnas pēas
patiebatur ꝙꝫ ſitim. ¶ Sed quē potum ſitiebat fons ſalu-

taris 7 torrens voluptatis. Non vtiqȝ ſenſibilem.ſed ſitie-
bat noſtram ſalutem.vt ſaturemus viceuerſa ipm̄ deū vi-
uum.¶ Hinc eſt ꝙ beatus Bernhar.ait Tantū me dilexi
ſti bone Jeſu ꝙ immemor fuiſti tui doloris.7 nō fuiſti im-
memor mee ſalutis In cruce em̄ dixiſti Sitio et non doleo
De cruce taces.et de ſiti clamas. Oportet vtiqȝ ꝙ talis ſitis
ſit valde mirabilis atqȝ magna.immo ſic eſt.Ait enim do-
minus et ſi non verbis re tamē dicens. Plus enim anima
rū veſtrarum ſalus ꝗ̄ corporis mei cruciat⁹ me vrget Eti
am tā magna eſt ꝙ in me ceſſauit pena crucis.Sed in me
adhuc durat illa ſitis. Naȝ adhuc quotidie clamo de celis
Sitio Nec vnꝗ̄ in me extinguet.qꝛ ſalutē veſtrā ſitio ſp̄ 7
deſidero. ¶ Vñ valde ruſtican⁹ ē 7 induratus qui xp̄o diu
ꝑ ſalute ſua ſitiēti potū negat.potū videlicȝ grãrūactōis
potū cōtemplationis 7 deuotōis.potū emēdatōnis 7 ꝑfect⁹
Dic ergo ī dolore cordis tui. O dn̄e Jeſu chriſte qui noſtrā
ſalutem ſitiens aceto 7 vino mirrato cuȝ felle mixto potari
voluiſti. Fac me vinum deuotōis cum mirra carnis morti
ficatōnis ac felle compunctionis tibi digne offerre.acetum
aūt infidelitatis 7 ſcandali nequaꝗ̄ bibere 7 guſtare

¶ Sextum verbum

SExtum verbum ſcribit nobis Lucas dicens. Pa
ter in manus tuas ꝯmendo ſpm̄ meū. Quod ver
bum dixit in extremis dans nobis de hoc ſeculo
migrantes exemplum. Quamuis em̄ ſciret animā
ſuā patri ſumme eſſe recomendatā Hoc dixit ad noſtrā eru
ditionē Ex quo em̄ ipſe qui pctm̄ nullȝ habebat.7 qui no
ſtra crimina tollere venit.patri ſic ſuā animaȝ cōmendauit
quantomagis nos in quib⁹ princeps mundi huius iniqu⁹
multa que ad ipm̄ pertinēt inuenit.manibus oīpotētis dei
ſpm̄ noſtrū debemus ꝯmendare. Ne in eius exitu a dyabo
lo ꝯprehendat. ¶ Fecit aūt hec dn̄s poſt ꝑfectum 7 totale
teſtamētum ſuum iterū ad eruditionē noſtrā. Naȝ moriēs